



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Fiducia In Devm Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 6. Reflexa dictorum consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](#)

## §. VI.

*Reflexa dictorum consideratio.*

**O** Ingens & deploranda mortaliū per  
versitas! ut nos ad se attrahat Deus ne  
cessē est ut nos ad impossibile perducat: ut al  
i ipsius pedes prosternamur, auxiliū postule  
turi, necesse est ut infatuet consilia nostra; u  
quasi iudicio nos privet, ad extreūmū igno  
miniarum ac miseriarum prolapsos, secundū  
ad quod Propheta ait: *imper facies eorum qui  
minā & quareni nomen tuum Domine.* Ne  
cessē est ut creaturas omnes contra nos arm  
hostilem in modum, ut nos inducat ad fiv  
rem suum amicitiamque querendam, q  
deberet esse commune refugium nostrum,  
anchora spei nostrae, atque unicum malorum  
nostrorum levamen. Non sic Domine Deus  
meus, non sic fiet à me imposterum, pollicor  
tibi adjuvante gratia tua. Ponant alii fiduci  
suam in fortunæ prosperitate, in amicis, in  
scientia, in nominis aestimatione, in viribus,  
in exercitibus & apparatu bellico, in quibus  
ac thesauris suis evocet illi ut voluerint, crea  
turæ omnes velut subsidiarias copias, ad au  
gendam ac corroborandam potentiam suam  
immemores tui, nisi cum malorum magne  
tudine vieti, alterius meminisse non possum.

Ego vero in te sperabo Domine, fiducialiter agam. Tuâ fisis clementia, & nunc palam profiteor testesque invoco Cœlum & terram, non exspectabo subitas & urgentes necessitates ut configiam ad te, sed omni tempore, loco, occasione, in omni oratione ac operatione tuæ fidei ac tutelæ me committam, tu eris præsidium meum, refugium meum, adjutorium meum; absit ut sperem aliunde quam à te auxilium vitæ meæ; Quoniam tu Domine singulariter in spe constitueristi me.

## §. VII.

*Philonis observatio in hanc rem notata  
digna.*

Concludo hoc caput doctrinâ Philonis Judæi notatu digna, qui libro quod de terius potiori insidetur, ostendit non necessitate solum sed stricta etiam & singulari obligatione teneri nos in quantum homines sumus, in Deo solo spem omnem collocare. Ille igitur in explicatione cuiusdam textus desumpti ex Genesi, ubi dicitur de Patriarcha Enos secundum versionem 70. interpretum: *qui primus speravit invocare nomen Dei.* Gen. 4 sic loquitur (sensum reddo non verba) Rectè omnino hic dictum est de Enos ejusdem verbis; nam nihil magis hominem de-

G 7

ccc